



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Series Actorvm Omnivm In Canonizatione Sancti Thomae  
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

**Romae, 1658**

Nicolaus tituli Sanctae Mariae Angelorum Cardinalis Ludouisius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9857**

estimatione rerum cœlestium, contemptu humanarum, impletuit; alterum vero, ut quisquam maximè exhibuit accuratisimo Pastoralis munera vñ, & sudoris, atque auri profusione inexhausta; dum his, aut virtio pararet bellum, aut virtuti præsidium. Ut propterea ei maximè deceat per Sanctitatem Vestrā summos decerni honores, cuius summas constat fuisse virtutes, cum præsertim monuerit nos Christus Dominus; ne lucernam, que virtus Sanctorum est, in abscondito habeamus, sed palam; unde illa miraculis illustret, virtutum exemplis etiam accendat Ecclesiam.

*Cataphracta*  
**Vincentius tituli Sancti Clementis Cardinalis  
Maculanus.**

**E**x relatis in hoc veritatis Senatu, iustum videtur, ut Beatus Thomas Archiepiscopus Valentinus, ex Ordine Eremitarum Sancti Augustini assumptus, quem Deus copioso gratiae suæ dono aduersus Diaboli, Mundi, & Carnis tentationes protexit, ad heroicum virtutis culmen extulit, plebi suæ afflictissimis temporibus in subsidium dedit, gloria miracolorum toti Orbi manifestauit, in albo Sanctorum Confessorum, solemnni Canonizationis ritu, conscribatur: ut omnis caro confiteatur Dominos quoniam bonus, & non continet in ira sua misericordias suas, dum nostris exigentibus peccatis, visitat nos in virga furoris sui ex uno, ex altero nos munit nouo auxiliatore: Hostes nostros permittit, qui luctuosa tempora excitant, & Amicos suos multiplicat, qui Ecclesiam exhilarant. Benedictus Deus, qui fecit nobiscum misericordiam hanc maximam.

*Martyris Antonii*  
**Nicolaus tituli Sanctæ Mariæ Angelorum  
Cardinalis Ludouisius.**

**B**eatum Thomam de Villanova Cœlitibus olim adiunctum, Beatissimè Pater, incredibilis illa ab ipsa infantia ad ultimum usque spiritum, in pauperes miseratio, Zelus & ardor,

tum

tum religiose disciplinæ pueræ, tum Ecclesiæ uadimistrandæ, aliaque heroicæ virtutes, & miracula per ipsum à Deo patriata testantur: Quapropter, supremos honores, titulosque in Ecclesia tanto Viro decernere liberè posse Sanctitatem Vestram, existimo; ut & illi debitus cultus exhibeatur, & Christianus populus maiori cum fiducia eius auxilium imploret.

### Federicus tituli Sancti Martini in Montibus

#### Cardinalis Sfortia.

**V**irtutum omnium ornamentum ita in Beato Thoma eluxit, ut factus Templum Spiritus Sancti, miraculis clarus effulserit, quorum prodiere præcipua, & magna frumenti copia in horreo penitus vacuo intenta, & duo mortui ad vitam reuocati: verè imitator eius, qui ex nihilo omnia fecit, & è sepulcro præbuit se ipsum viuum.

Viros pietate insignes, Sanctorum fastis adiungere Sanctæ Inquisitionis decreta rem planè difficilem reddidere. Iam trigeminus recurrit annus à postremo Canonizationis aëtu. Sed is, qui spirat quando, & ubi vult, fecit in prauis directa, & in asperis vias planas, minime passus præscriptioni cœlestia esse obnoxia, quæ sunt addicta æternitati.

Arbitror igitur, Sanctitatis Vestrae oraculo posse optimo iure inter Santos referri tam præclarum Heroem, à quo Antistites, Augustiniana familia, Natio Hispana, totusq; Christianus populus lætanter accipient quid discant, & imitantur.

### Fabritius tituli Sancti Augustini Cardinalis

#### Sabellus.

**C**um in Dei, ac proximi dilectione tota lex pendeat: dubitandum non est, illam Beatum Thomam à Villanova penitus assecutum; qui semper se maior in Diuina dilectione se totum impenderit, adeoque Diuinæ legis obseruantia, sanctissimæ vitæ ratione meditatus est, ut ex ea nec unus apex exciderit.

Vnde

